Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ta sua ait. Quid adhuc
desideramus testes? Au
distis blasphemiam.
Quid vobis videtur?
Illi omnes condemnauerunt
eum esse reum mortis. Et
ceperunt conspuere quidam
eum et velare faciem
eius et colaphis eum
cedere et dicere ei: Prophe
za. Et ministri alapis
eum cedebant. Et cum esset
petrus in atrio deorsum
venit una ex ancillis
summi sacerdotis: et cum
vidisset petrum calefacien
tem se aspiciens illum
ait. Et tu cum ihu nazare
no eras. At ille nega
uit dicens. Nescio:
nec noui quid dicas.
Et exiit foras ante atri
gallus um: et cantauit. Rur
sus autem cum vidisset eum
alia ancilla cepit dice
re circumstantibus. Quia hic
ex illis est. At ille iterum
negauit. Et post pusil
lum: rursus qui astan
bant dicebant petro.
Vere ex illis es. Nam et
galyleus enim es. Ille autem cepit de
anathematizare et iu
rare. Quia nescio hom
inem istum quem dicitis.
Et statim iterum gallus
cantauit. Et recordatus
est petrus verbi quod dixerat
ei ihus. Priusquam gallus
cantet bis: ter me nega
bis: et cepit flere. Et
festinum mane consilium
facientes summi sacerdotes
cum senioribus et scribis
et vniuerso concilio: vin
centes ihm duxerunt et
tradiderunt pylato. Et
interrogauit eum pylatus
Tu es rex iudeorum? At il
le respondens ait illi. Tu di
cis. Et accusabant eum
summi sacerdotes in mul
tis. Pylatus rursum in
terrogauit eum dicens. Non